



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 4. De Incestu

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

peretur egressui non est Raptus, debet enim ut sit Raptus contra voluntatem educi, & talis Raptus est gravissimum peccatum mortale, in rapiente majus fornicatione, quia non tantum ordinatur ad illicitum concubitum, sed ad violentum & ex circumstantiis coactum, vel ad Matrimonium contra liberam voluntatem.

Articulus Quartus.

De Incestu.

INCESTUS est concubitus illicitus, cum Consanguinea vel affine, usque ad quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis, estque gravissimum peccatum mortale. Quod constat ex S. Gregor: Epist: ad felicem Episcop: 25. q. 3. c. nec eam: ubi sic: Nec eam quarum quis ex propria consanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugem ducere, ulli profecto licet Christianorum aut licebit, quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo & cunctis hominibus.

X 2. Pe-

2. Petes an in confessione gradus incestus sit exprimendus. V. G. an sufficiat pænitenti dicere , commisi incestum cum consanguinea vel affine, an vero addendum sit: in secundo, tertio aut quarto gradu? R. Necessario exprimendos esse duos primos gradus collaterales , ut fratribus cum sorore, cognati germani cum cognata germana , quia gradus illi turpitudinem speciei . velut infimæ constituunt. Dicitur (gradus duos primos collaterales) quod intelligendum tam de gradibus consanguinitatis quam affinitatis , alij duo gradus non specificantur , quia etsi ad incestum pertineant, non videntur tamen ex copula illicita speciem particularem constituere, nec speciem immutare , quamvis illorum duorum graduum ratio haberi debeat, per modum circumstantiarum aggravantis vel minuentis. Ubi vero confessarius ex specificatione graduum , in cognitionem complicis deveniret, in tali casu graduum qualitates exprimendæ non sunt: quia illa accusatio in gravem infamiam tertiaræ personæ cederet. R. Secundo: Necessario exprimendos esse duos primos collaterales , ut fratribus cum sorore, cognati germani cum cognata germana , quia gradus illi turpitudinem speciei . velut infimæ constituunt. Dicitur (gradus duos primos collaterales) quod intelligendum tam de gradibus consanguinitatis quam affinitatis , alij duo gradus non specificantur , quia etsi ad incestum pertineant, non videntur tamen ex copula illicita speciem particularem constituere, nec speciem immutare , quamvis illorum duorum graduum ratio haberi debeat, per modum circumstantiarum aggravantis vel minuentis. Ubi vero confessarius ex specificatione graduum , in cognitionem complicis deveniret, in tali casu graduum qualitates exprimendæ non sunt: quia illa accusatio in gravem infamiam tertiaræ personæ cederet.

R. Secundo: Necessario exprimendos esse duos primos collaterales , ut fratribus cum sorore, cognati germani cum cognata germana , quia gradus illi turpitudinem speciei . velut infimæ constituunt. Dicitur (gradus duos primos collaterales) quod intelligendum tam de gradibus consanguinitatis quam affinitatis , alij duo gradus non specificantur , quia etsi ad incestum pertineant, non videntur tamen ex copula illicita speciem particularem constituere, nec speciem immutare , quamvis illorum duorum graduum ratio haberi debeat, per modum circumstantiarum aggravantis vel minuentis. Ubi vero confessarius ex specificatione graduum , in cognitionem complicis deveniret, in tali casu graduum qualitates exprimendæ non sunt: quia illa accusatio in gravem infamiam tertiaræ personæ cederet.

exprimendos omnes quatuor primos gradus collaterales, tam affinitatis quam consanguinitatis, de duobus primis gradibus, patet, quia gradus illi turpitudinem specie velut infimæ constituunt. De tertio & quarto gradu probatur: quia licet non videantur speciem immutare, non sunt tamen circumstantiæ mere aggravantes, sed sunt aliqua ratione de substantia actus, sive operis mali, quatenus sunt pars notabilis objecti circa quod: quæ notabilis deformitas fundatur in Respectu & Reverentia naturali debita affinibus, & à fortiori consanguineis, etiam in gradu tertio & quarto, ratione copulæ carnalis tam illicitæ quam licitæ, unde & propter fatam Reverentiam, fundat copula carnalis licita impedimentum dirimens, etiam quo ad affines in tertio & quarto gradu.

Articulus Quintus.

De Sacrilegio.

IN Materia luxuriæ Sacrilegium proprie dicitur, peccatum carnis sive concubitus illicitus, alterutro vel utroque peccantium